



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

7 An mortale ex genere in veniale transeat ratione paruitatis materiae, &  
quæ hæc sit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Ergo ad rationem peccati mortalis, quod propriissime peccatum est perfectus consensus requiritur.

3 Neque obstant contraria. Ad primum Deum imponere precepta homini absolute: si autem ipse femineus, vel femidormiens ea transgrediarur, reus erit culpa non graui, sed leui. Neque parua merces reputanda est excusatio a graui culpa, & ab integra precepti transgressionem. esto leuis committatur.

Ad secundum concedo non potuisse plene deliberare, sed non obinde ab omni culpa excusari, sed a mortali, quia semiplena deliberatio libertatem constituit.

Ad tertium semiplena aduerentia potest a mortali excusare, & reddere veniale, non tamen potest a veniali omnino excusare, quia ad excusandum a mortali, sufficit quoddam plena libertate non aduerterit legi: at ad excusandum a veniali, necessarium erat omnino libertate cetero: quod omnino repugnat, cum semiplene liberum tamen intra terminos venialis peccati leuissimum.

Ad quartum fatore esse difficile explicatu. in quo hanc semiplena deliberatio sita sit, non enim consistit in difficultate voluntati recedendi ab obiecto prohibito, neque in cogitatione inuenta, vel remissa de malitia obiecti, vt bene probat obiectio, sed consistit in cogitatione distincta, vel consula huius malitiae vt diximus in princ.

5 Sed inquires, quae iudicia habebis, vt cognoscas plene, vel semiplene aduertere, libertateque plena, vel semiplena operatum esse?

Respondeo nulla esse, quae semiplenam deliberationem a plena distinguant, ita cetero, vt nulla relinquatur dubitatio: cum enim hae in animo insint, solus Deus ea perfecte distincte cognoscere potest: id quod dixit Augustinus in *Enchiridia*, c. 78. quae sunt graua, & leuia peccata, non humano, sed diuino sunt pensanda iudicio: aliquibus tamen coniecturae hae distinctio possunt, de quibus diximus tractat. de conscientia, disp. 3, punct. 11.

Prima coniectura inferendi semiplenam deliberationem sumitur ex defectu aratis, quia non attingit septennium, tunc si dubites habuisse plenam libertatem, praesumere poteris non habuisse. Idem est si dubites, an perfecte a somno fueris excitatus, vel ebrietate depaleris, quia hae cum perfecta sunt, libertatem tollunt; ergo cum imperfecte existunt, illam diminuunt. Sic Sanchez lib. 1. in *Deal. c. 1. n. 21. Bonac. disp. de pecc. q. 2. p. 3. in fine.*

Secunda coniectura est si animum firmum habeas, & saepe repetitur nunquam committendi mortale, praesumere poteris peccato non plene consensisse: illa enim quae odio multoties sunt habita quando amantur plene, facili, & sine difficultate cognoscuntur.

Tertia est, si facile potes peccatum exequi, illudque, cum tui compos es, pro virtus tempus, praesumere poteris antea non plene consensisse: non enim ita facili affectus mutatur, tradit Sanchez, *supra n. 17. Bonac. n. 19.*

Quarta coniectura sumitur ex committit contingentibus quae efficacissima est, vt tradit Menoch. lib. 1. *praesumpt.* 18. *cap. 5. praesumpt.* 32. Quare si aliquis sit timoratae conscientiae, peccatumque mortale abhorreat, praesumendus est non plene consensisse, cum de consensu dubitat: locus dicendum, si perditus moribus sit, licet enim cum peccatum, velut aquam bibit, cum illo angitur, praesumere potest vere commississe. sic docet Sanchez *supra n. 20. Bonacina n. 19. Sayrus in clauis regia, lib. 8. c. 7. n. 6.*

Supradictae coniecturae, vt dixi, veritatem non ostendant, nec dubium tollunt, ac proinde illis non obstantibus teneris in confessione manifestare, cum dubius existis, an plene consenseris, secus si opinionem habeeris probabilem, qualem regulariter facit quilibet ex supradictis coniecturis.

PUNCTUM VII.

An mortale ex genere in veniale transeat ratione paruitatis materiae, & quae haec sit.

- 1 Quae peccata non possint leuia esse ex paruitate materiae.
- 2 Propositor difficultas, & solutio.
- 3 Vnde desumenda sit grauitas, vel leuitas materiae in peccatis? Propositor dubium.
- 4 Desumitur ex obiecto, quatenus fini intento a legislatore conuenit, & exemplis explicatur.
- 5 Limitatur a Sanchez in legibus prohibentibus aliquod causa vitandi damnium reipublicae.
- 6 Excluditur haec limitatio.
- 7 Non est verum affirmare grauem materiam esse, quae est totius precepti violatio, leuem, quae est pars illius.

Primo in hac re est certum apud omnes esse aliqua, in quibus non admittitur paruitas materiae, & alia esse in

quibus admittitur. Quae autem haec sint, non est facile definire. Suarez lib. 2. de legibus, cap. 28. numer. 23. Bonacina *disp. de peccat. quae 3. punct. 3. n. 11.* Thomas Sanchez lib. 1. in *Deal. c. 4. n. 1.* Affirmant nullam dari paruitatem materiae in his, quae directe, & immediate, circa Deum, & eius honorem versantur: & haec ratione in odio Dei, contemptu ipsius, & infidelitate, nulla est paruitas materiae. Item in iuramento assertorio falso, in simonia, & aliis, Rationem reddunt, quia in his omnibus, quantumvis sit parua materia, inuenitur integra irreuerentiae, & offensionis ratio. Nam si neges aliquem minimum fidei articulum, veritatem diuinam negabis: si odisti Deum infinitam Dei bonitatem odisti; si contempsisti Deum, infinitum esse Dei contempsisti; si falsum iuras, mendacem Deum facis; si simoniam committis, pretio temporali rem spirituales aestimas. Ergo graue peccatum committis.

2 Sed haec doctrina difficultate non caret, inquiri enim potest, quare integra Dei offensa, & irreuerentia in materia parua odij, infidelitatis, contemptus, & iuramenti assertorij falsi inuenitur: & non inueniatur in iuramento promissorio, comminatorio, voto, sacrilegio, & aliis religionis actibus? Item non caret difficultate, quare in odio Dei & contemptu dari non possit paruitas materiae: siquidem non vis Deum absolute contemni, & offendi, sed contemni, & offendi leuiter, quod sic explico. Quodlibet peccatum veniale est Dei offensa, & inobedientia, & qui illud committit, se ipsa offendet Deum, cuiusque preceptum transgreditur. Ergo si hoc velit ex expressa voluntate, & animo Deum offendendi, cuiusque preceptum in illa materia transgrediendi, non obinde Deum in graui materia offendet, aut contemnit. Ergo solum venialiter peccat. Deinde, esto concederemus, (vt vere concedendum est,) in respicientibus Deum, cuiusque honorem non posse dari paruitatem materiae. Quae ergo regula erit in respicientibus naturam humanam, cuiusque honorem? Nam in his alia sunt, in quibus non admittitur paruitas materiae, vt in homicidio, fornicatione, pollutione, &c. In aliis admittitur, vt in contumelia, percussione, furto, cum in omnibus his inueniatur integra ratio sacrilegij. Et explicatur in iuramento iniusto, quod diuinam bonitatem videtur offendere, aequae ac si esset in materia graui. Aequae enim diuina bonitas pugnat cum peccato veniali, ac cum mortali, sicut diuina veritas cum falsitate graui, ac leui. Item in furto paruo integra ratio iniustitiae reperitur, sicut & in furto magno: haec enim adaequate consistit in conuersione rei alienae inuito domino. Alias furtum aueritum decem non dicitur habere integram rationem iniustitiae, cum possit dari iniustitia grauior, & grauior.

Propter haec dicendum existimo ex communi sensu Ecclesiae & fidelium desumendam esse grauitatem aliquatam reum & leuitatem aliarum. Quae autem haec sint, suis locis examinandum est: fundatur autem hic sensus Ecclesiae in naturis ipsarum rerum: aliqua enim ita de se inordinata sunt, vt in qualibet materia reputerentur grauissima: qualibet enim idolotria, simonia, iuramentum falsum, infidelitas, desperatio, odium, & contemptus Dei, irritatio sacramentorum, homicidium, pollutio, fornicatio, & similia de se grauem inordinationem habent, & in quacumque materia constituantur, non variant iudicium; alia vero ita leuia sunt, vt nisi ex aliquo accidenti extrinseco graua esse non possint, vt verbum otiosum, scurrilitas, & alia huiusmodi. Alia vero, quae esto de se graua sint non semper aequalem inordinationem habent, vt furtum, si fiat in magna, vel parua quantitate, variat enim multum iudicium.

3 Rursus est difficultas explicare, vnde desumenda sit grauitas, vel leuitas materiae, in his, in quibus dari non potest: nam vel iudicanda est ex ipsis rebus, vel ex fine intento a legislatore, vel ex voluntate ipsius: neque est imaginabile aliud ex utro, vnde desumatur. Ex ipsis rebus desumi non potest, cum saepe venialia, vel indifferentia ob aliquem specialem finem a legislatore intentum, sub graui culpa prohibeantur, vt dicemus. Neque sumitur ex fine intento a legislatore: hic enim grauissimus semper est, & idem respectu materiae leuis, & grauis. Deinde ex voluntate legislatoris desumi non potest: alius rem grauem sub leui culpa, & econtra leuem sub graui, imperare posset. Item inquiri posset, vnde haec voluntas cognoscenda foret, quando expressae explicata non est.

4 Dicendum igitur est, grauitatem, vel leuitatem materiae precepti desumendam esse non ex ea secundum se spectata, sed secundum quod conducit ad finem mentum a legislatore: si enim materia precepta grauius conuenit fini legislatoris, erit peccatum graue illius transgressio, esto materia leuis sit: si leuiter conuenit, erit peccatum veniale, esto grauis materia sit, vt tradit, & optime probat Valquez 1. 2. *tom. 2. disp. 158. cap. 6. num. 59. & 60.* Thomas Sanchez lib. 1. in *Deal. cap. 4. num. 2. & c. Suarez de legib. lib. 3. cap. 25. num. 4. & 12.* Exemplis conuentione declaro: praecipit legislator, ne alienam contra voluntatem domini accipias, vel retineas; finis huius precepti est, ne dominus damnium patiat in bonis suis: accipis contra eius voluntatem centum aureos: talis acceptio grauius conuenit fini precepti, siquidem tali acceptatione grauius dominum laedis: at si assem acciperes, non esset acceptatio grauius conueniens

DE CASTRO PALANCA

gens fini præcepti. Item multiloquium, de se leuis est materia at si obiectantia religiosa minuatur grauius, & ob id superior silentium præcipiat, violatio silentii peccatum graue erit, quia grauius conducit fini intento: & tradit Sanchez lib. 1. cap. 4. num. 3. & Bonacina disp. 1. de legib. quasi. 1. p. 7. §. 4. n. 1. Item ingressus vnus religioni in cubiculum alterius gratia loquendi, materia leuis est de se: at si superior ingressum prohibeat, vt aliqua inconuenientia euitet, quæ ex tali ingressu oriuntur, sine dubio ingressus grauis materia erit, & peccatum mortale. Item si scholastici tormentum igneum, vel alia arma secum deferri prohibeantur ob pacem reipublicæ, & aliquis vna hora cum illis incedat, sine dubio lædit grauius finem à legislatore intentum, qui est vitatio occasionis rixarum; secus verò dicendum, si breuissimo tempore deserret, sublata omni occasione etiam remota rixæ, ita Bonacina supra n. 18. Deinde si, prohibitum esset scholasticis ne cum armis in scholas intrent, & aliquis illa deferens solum transierit illos interet, quando nullo modo apparet occasio rixæ, non videtur grauius lædit finem à legislatore intentum; secus verò si ibi per horam commoraretur. Colligitur ex his, quæ dicit Bonacina supra num. 19. Deinde inferes quantitatem, quæ pro furto materiam grauem constituit, non constituit illam pro donatione prohibita: pro furto enim lex, vel octo diachmæ censentur grauis materia in communi sententia. At si hæc dones, non censentur grauem donationem fac. re, sed omnino leuem: quocirca pro donationis grauitate expendenda est persona donantis, & donatarij & alia circumstantiæ: & secundum illas iudicanda est grauis, vel leuis donatio, vt rectè dicitur in cap. essi quæstionibus, de simonia, vbi pensata qualitate donantis, & donatarij, non reputatur magna vnus equi donatio, etsi pro tempore reputetur; regulariter ergo pro donatione materia grauis duos, vel tres aureos debet excedere, sic Molin. tom. 1. de iustit. tract. 2. disp. 88. circa finem, vers. illud admonuerim. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 28. §. sciendum est. Saepè eadem materia respectu vnus finis est grauis, respectu alterius est leuis. Deinde auditio sacri singulis diebus, si ob religionem, & spirituales cuiusque profectum imperetur, vt potest imperari à Prælo religioforum; non est dubium esse grauem materiam: at si imperetur à Prælo Ecclesiastico, vel seculari, ob rectam alicuius vniuersitatis, vel collegij gubernationem: sicuti solet Rector vniuersitatis scholasticis sibi subiectis imperare aliquibus diebus sub pœna præstiti iuramenti; materia grauis non videtur omnino vnus, vel alterius diei. sic Bonacina supra de legibus, n. 16. Valquez 1. 2. disp. 158. cap. 6. Th. Sanchez in Decal. lib. 1. cap. 4. num. 2. & 6. Couar. c. quæmus part. 1. p. 7. sine.

Ex his constat attendendum præcipue esse fini præcepti an grauis sit, & an res præcepta grauius ad illum finem, quod ex circumstantiis colligendum est, conducatur: nulla enim certior regula in hac materia præscribi potest, sic Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 6. col. 957. Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 4. sect. 6. num. 11. & 12. & disp. 18. sect. 3. n. 16. & 17. Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 4. n. 3. Bonacina disp. 2. quæst. 3. punct. 3. n. 12. & optimè Suarez lib. 3. de legib. c. 2. §. 7. Vnum tamen est certum, in casu dubio, an grauius conducatur, grauiusque sit finis, præsumi debet, & esse finem grauem, & grauius conducere: quia præsumptio stat pro communiter contingentibus, & raro, vel nunquam præceptum imponitur, nisi ob finem grauem, & de materia illi maxime necessaria: & ita tenet Suarez 5. 1. in 3. p. disp. 4. sect. 6. n. 11. & de legib. supra n. 4. Th. Sanchez lib. 1. in Dec. c. 4. n. 3.

Supradictam conclusionem limitat Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 4. n. 8. & Victoria de potestate ciuili, n. 19. vt non procedat in legibus prohibentibus aliquid causa vitandi damni in reipublica: qualis est lex ne arma, neque pecuniæ aut alia merces ex regno extrahantur, ne vitium quantitate hæc fiat ab vno, peccatum illud mortaliter, quamuis damnum graue ex tali facto non proueniat reipublicæ, mouentur, quia non debet spectari, quale damnum sequatur vno contraueniente, sed quale si à multis, & communiter fiat. Secundò, in furto datur quantitas notabilis, etiam si parum alicui noceat vt si centum aureos à Rege accipias. Ergo in his non est attendendum damnum, sed quantitas: aliàs futuri mille aureos è diuersis furando à quolibet vnium pondium, non est lethale. Tertio, quia aliàs finis legis frustraretur; nunquam enim quilibet tantam quantitatem extrahit, vt ex ea solum ingens reipublicæ damnum sequatur. Quarto, quia ideo iuste suspenditur prædo in itinere accipiens à viatore 50. nummos aureos, quia etsi id damnum non sit notabile semel illatum at magni momenti est grauius id delictum punire, ne passim fiat.

Verum hæc limitatio mihi non probatur. Existimo namque aportationem mercium, diuitiarum, armorum, & similia ex ciuitate, tunc solum peccatum mortale esse, quando ex tali aportatione ciuitas damnum graue pateretur. Mouerit ad id affirmandum, primò quia tota ratio huius prohibitionis est vitatio damni reipublicæ (vt suppono.) Ergo dum reipublica grauius non damnificatur, non fit grauius aduersus huiusmodi

prohibitionem, Confirmo. Tunc violatur lex grauius, quando violatur grauius finis intrinsecus ipsius legis: at finis intrinsecus huius legis, non est alius quam vitatio damni in reipublica. Ergo dum hic non violatur grauius, non violatur grauius ipsa lex. Secundò sequeretur ex opposita sententia, aportare quantitatem de se sufficientem ad furtum, esse peccatum mortale aduersus hanc legem: quod videtur ridiculum, quia illa quantitas de se grauis est, etsi passim, & communiter à multis aportaretur, non est dubium ciuitatem fore acceptatam graue damnum. Ergo peccatur grauius aduersus hanc legem.

Neque obstant rationes contrariæ.

Ad primam dico spectasse legislatorem in ferenda lege, ne damnum sequatur reipublicæ ex tali aportatione, non tamen intendisse sub graui culpa prohibere aportationem mercium factam ab vno, quæ graue damnum reipublicæ non causet, tametsi si à multis fieret grauedamnum reipublicæ ex illis pateretur; aliàs aportatio vnus auti, imò diachmæ esset mortalis: si enim hæc à multis, & passim fieret, sine dubio graue damnum reipublicæ proueniret.

Ad secundam nego ex graui furto non accepturum quemlibet etiam dissimum graue damnum, & quando à multis auferretur, tota illa communis per modum vnus damnificatur. Sed gratis admisso non damnificari dominum grauius ex quantitate graui de se, v. g. decem aureorum, non obstat quominus furtum graue non committas, quia retines alienum inuito domino, in materia graui, quæ est ratio, & finis immediatus huius prohibitionis, & non damnum ipsius domini.

Ad tertiam nego finem legis legislatari tuæ culpa adæquatè, & perfectè, siquidem in culpa non est, vt damnum graue reipublica patiatur.

Ad quartam concedo rectè suspendi prædonum arripientem à viatore 50. aureos, non tam ob damnum illatum, quam ob iniuriosam actionem. In præsentem autem supponimus adæquatam finem legis esse vitare damnum in reipublica, quod si graue non sit, non apparet, unde peccatum mortale nasci possit. & ita tenet Mercado lib. 3. de contract. c. ult. §. esto supuesso. vbi solum dicit esse mortale extrahere à regno triticum in magna quantitate anno sterili, idem tenet Margarita Confessorum in quæst. moral. q. an licitè possit transferri frumentum. & equi contra legis interdictum, fol. 246. & Sanchez supra n. 17. refert plures viros doctos sentire non esse mortale vendere panem coctum contra pragmatice regni interdictum, nisi sit in ea quantitate, ex qua ingens damnum reipublicæ sequatur, cetero multo reddito ob id tritici pretio.

Sed inquirens. Ex qua merita aportatione censentur damnum graue reipublicæ facere?

Respondeo non posse certa regula designari, sed pensandum esse prudentis arbitrio, regulariter loquendo, centum aureos, vel merces illius valoris, seu arma decem milium existimantem esse grauem materiam, ex qua damnum reipublicæ pati possit, secus in minori quantitate, nisi forte reipublica oppressa esset ab inimicis, vel penuriam pateretur, tunc enim non est dubium minorem quantitatem sufficere.

Ex his inferunt decipi Doctores afferentes grauem materiam illam esse, quæ est tota præcepti leuem, quæ comparatione totius materiæ præcepti leuis est. Nam, vt constat ex exemplis allatis, totalis materiæ præcepti leuis esse potest, si leuiter ad finem à legislatore intentum conducit. Item leuis esse potest materia comparatione totius rei præceptæ: at secundum se grauis, vt si habes obligationem dandi elemosinam millium aureorum, & 50. omittas: omisso 50. comparatione millium leuis est materia; at quia secundum se & in ordine ad finem intentum, qui est subleuatio alienæ miseriæ, vel exercitatio pietatis, grauius conducit: ea de causa grauis materia censetur: & peccatum mortale illius omisso. E contra si obligationem ex præcepto, vel voto habes recitandi coronam virginis, & decennarium duplex omittas, comparatione totius rei præceptæ grauis est materia, quia est tertia pars: at quia ad finem intentum, scilicet deuotionem excitandam, virginem colendam, non videtur grauius conducere, sed solum leuiter; peccatum solum veniale erit illius omisso. Idemque censeo de tertia parte cuiuslibet horæ minoris, sic tenet Bonacina disp. 2. de peccat. q. 3. punct. 3. n. 14. Sanchez n. 5. esto contrarium videatur sentit n. 18.

#### PUNCTUM VIII.

An ex voluntate legislatoris peccatum mortale possit fieri veniale.

1. Preponitur quæstio.
2. In materia leui non potest legislator grauem obligationem imponere.
3. Limitant aliqui in seculari Principe, secus in Ecclesiastico. Reuocatur tamen.
4. Ex intentione in legislatoris circa materiam grauem potest esse venialis obligatio.

5. Contra